

pugnatur, quae scilicet est ipse Christus. Et haec duo in martyrio considerantur, quod est mors suscepta propter Christum. Martyrem enim non facit poena, sed causa.

Et ideo martyrio aureola debetur, sicut et virginitati.

Ad primum ergo dicendum, quod sustinere mortem propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis: non enim quilibet tenetur fidem suam coram persecutore proferri: sed in easu est de necessitate salutis, quando scilicet aliquis a persecutore deprehensus de fide sua requiritur, quam confiteri tenet. Ne tamen sequitur quod aureola non meretur. Aureola enim non debetur operi supererogationis inquantum est supererogatio, sed inquantum perfectionem quamdam habet; unde tali perfectione manente, etiam si non sit supererogatio, aliquis aureola meretur.

Ad secundum dicendum, quod martyrio non debetur aliquod praemium secundum hoc quod ab exteriori infligitur, sed secundum hoc quod voluntarie sustinetur: quia non meretur nisi per ea quae sunt in nobis: et quanto id quod quis sustinet voluntarie, est difficultus, et magis natum voluntate expugnare, tanto voluntas quae propter Christum illud sustinet, ostenditur firmius fixa in Christo; et ideo excellentius ei praemium debetur.

Ad tertium dicendum, quod quidam actus sunt qui in ipso actu habent quandam vehementiam delectationis vel difficultatis; et in talibus actus semper addit ad rationem meriti vel demeriti secundum quod in actu oportet voluntatem variari ex vehementia actus a statu in quo prius erat: et ideo, ceteris paribus, actu luxuriam exereens plus peccat quam qui solum in actu consentit; quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter cum actus martyrii maximam difficultatem habeat, voluntas martyrii non pertinet ad illud meritum quod actu mortyrum debetur ratione difficultatis; quamvis possit etiam pervenire ad ulterius praemium, considerata radice merendi: quia aliquis ex majori caritate potest velle sustinere martyrium, quam alius sustineat. Unde voluntarie martyr potest mereri sua voluntate praemium esse aequaliter vel maius eo quod martyri debetur. Sed aureola debetur difficultati quae est ipsa pugna martyrii; unde aureola voluntarie tantum martyribus non debetur.

Ad quartum dicendum, quod sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, praecipuum locum tenet inter omnes delectationes interiores et exteriores; ita dolores tactus omnibus aliis doloribus praecipiunt; et ideo difficultati illi quae accidit in sustinendo dolores tactus, puta qui sunt in verberibus et hujusmodi, debetur aureola magis quam difficultati sustinendi interiores dolores; pro quibus tamen aliquis non proprio dictu martyr, nisi secundum quandam similitudinem; et hoc modo Hieronymus loquitur.

Ad quintum dicendum, quod afflictio poenitentiae non est, proprie loquendo, martyrium, quia non consistit in his quae ad mortem inferendarum ordinantur, eum ordinatum solum ad carnem demandant; quam mensuram si excesserit, erit afflictio culpanda. Dicitur ergo propter similitudinem afflictionis martyrium: quae quidem afflictio excedit martyrii afflictionem diuturnitatem, sed excedit intensio-

Ad sextum dicendum, quod secundum Augusti-

nun in 1 de Civ. Dei (cap. 26), nulli licitum est sibi manus injicere quacumque ex causa, nisi forte divino instinetu fiat ad exemplum fortitudinis extendum, ut mors contempnatur. Illi autem de quibus est objectum, divino instinetu mortem sibi intulisse creduntur; et propter hoc eorum martyria Ecclesia celebrat.

Ad septimum dicendum, quod si aliquis propter fidem vulnus mortale accepit, et supervivit, non est dubium quod aureolam meretur; sicut de beata Caecilia patet, quae triduo supervixit, et de multis martyribus qui in carcere sunt defuncti. Sed etiam si vulnus non mortale accepit, et tamen exinde mortem incurrit, creditur aureolam promereri; quamvis quidam dicant, quod aureolam non meretur, si ex incuria vel negligencia propria mortem incurrit: non enim ista negligenta eum ad mortem perduxisset, nisi praesupposito vulnere quod pro fide acceptum est; et ita vulnus propter Christum suspectum est ei plena occasio mortis. Unde propter hoc aureolam non videtur amittere, nisi sit talis negligenta quae culpam mortalitatem inducat, quae ei et auream afferat et aureolam. Si vero ex vulnere mortali suscepto non moriatur aliquo casu contingente, vel etiam vulnera non mortaliter suscepit, et adhuc carcerem sustinens mortificat; adhuc aureolam meretur; unde et quorundam sanctorum martyria in Ecclesia celebrantur qui in carcere mortui sunt aliquibus verberibus longe ante suscep- tis, sicut patet de Marcello Papa. Qualiterumque igitur afflictio propter Christum illata usque ad mortem continuatur (sive mors inde sequatur, sive non), aliquis martyr efficietur, et aureolam meretur.

Si vero non continuatur usque ad mortem; non propter hoc aliquis dicitur martyr; sicut patet de Sylvestro, de quo non solemnizat Ecclesia sicut de martyre, quia in pace vitam fluavit, quamvis prius aliquas passiones sustinerit.

Ad octavum dicendum: quod sicut temperantia non est eis delectationis in pecunia vel in honoriibus et hujusmodi, sed solum in delectationibus tactus quasi praecipuis; ita etiam fortitudo est circa pericula mortis sicut circa praecipua, ut dicitur in 5 Ethic. (cap. 10 vel 14); et ideo soli injuriae quae irrogant circa corpus proprium, ex qua nata est mors sequi, debetur aureola. Sive igitur aliquis propter Christum res temporales, sive famam, vel quidquid hujusmodi amittat, non efficietur propter hoc proprio martyr, nec meretur aureolam; nee plus aliquis potest ordinate res exterioris diligere quam proprium corpus: amor autem inordinatus non coadiuvat ad meritum aureolae: nec etiam potest dolor de amissione rerum coaequari dolori de corporis occisione, et aliis hujusmodi.

Ad nonum dicendum, quod causa sufficiens ad martyrium non solum est confessio fidei, sed quaecumque alia virtus, non politica, sed infusa, quae finem habeat Christum. Quolibet enim actu virtutis aliquis testis Christi efficitur, inquantum opera quae in nobis Christus perfect, testimonium bonitatis ejus sunt; unde aliquae virgines sunt oceasae pro virginitate quam servare solebant, sicut beatu Agnes, et quedam aliae, quarum martyria in Ecclesia celebrantur.

Ad decimum dicendum, quod veritas fidei habet Christum pro fine vel pro objecto; et ideo confessio ipsius aureolam meretur, si poena addatur, non solum ex parte finis, sed ex parte materiae. Sed

confessio ejusdemque alterius veritatis non est causa sufficiens ad martyrium ratione materiae, sed solum ratione finis; utpote si aliquis prius vellet occidi quam quodecumque mendacium dicendo, contra ipsum peccare.

Ad undecimum dicendum, quod etiam bonum inreatum excedit omne bonum creatum; unde quicumque finis creatus, sive sit bonum commune, sive bonum privatum, non potest actu tantam honestatem praestare quam finis inreatus; cum scilicet aliquis propter Deum agitur: et ideo cum quis propter bonum commune non relatum ad Christum mortem sustinet, aureolam non meretur; sed si hoc referatur ad Christum, aureolam meretur, et martyr erit; utpote si Rempublicam defendat ab hostium impugnatione qui fidem Christi corrumpere molintur, et in tali defensione mortem sustineat.

Ad duodecimum dicendum, quod quidam dicunt, quod in innocentibus occisis pro Christo virtute divina accelerata est usus rationis, sicut et in Joanne Baptista, dum adhuc esset in materno utero; et secundum hoc vere martyres fuerunt et voluntate et actu, et aureolam habent. Sed alii dicunt, quod fuerunt martyres acti tantum, et non voluntate: quod videtur sentiri Bernardus (ubi sup.), distinguens tria genera martyrum, ut dictum est; et secundum hoc innocentes sicut non pertingunt ad perfectam rationem martyris, sed aliquid martyris habent ex hoc quod passi sunt pro Christo; ita etiam aureolam habent, non quidem secundum perfectam rationem; sed secundum aliquam participationem, inquantum scilicet gaudent se in obsequium Christi ocois esse, ut dictum est de pueris baptizatis, quod habent aliquod gaudium de innocentia, et carnis integritate.

Solutio III. Ad tertiam questionem dicendum, quod sicut per martyrium et virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne et mundo; ita et perfectissima victoria contra diabolum obtinetur, quando aliquis non solum diabolum impugnat, non cedit, sed etiam eum expellit, et non solum a se, sed etiam ab aliis. Hoc autem fit per praedicationem et doctrinam. Et ideo praedicationi et doctrinae aureola debetur, sicut et virginitati et martyrio. Nec est dicendum, ut quidam dicunt, quod tantum debeatur praefatis, quibus competit ex officio praedicare et docere; sed quibuscumque qui fecerit hunc actum exercent. Praelatis autem non debetur, quamvis habeant officium praedicandi, nisi actu praedicent: quia corona non debetur habitu, sed actuali pugnae, secundum illud 2 Timoth. 2, 3: *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit.*

Ad primum ergo dicendum, quod praedicare et docere sunt actus alienius virtutis, scilicet misericordiae; unde et inter spirituales elemosynas computantur, ut patet supra, dist. 23, quæsi. 2, art. 5.

Ad secundum dicendum, quod quamvis facultas praedicandi et docendi quandoque ex studio proveniat, tamen usus doctrinae ex voluntate precedit, quae per caritatem informat a Deo infusionem; et sic actus ejus meritorum esse potest.

Ad tertium dicendum, quod exaltatio in hac vita non diminuit alterius vitae praemium, nisi ei qui in tali exaltatione propriam gloriam querit; qui autem talem exaltationem in utilitatem aliorum convertit, ex ea sibi mercede acquirit. Cum enim dicitur quod doctrinae debetur aureola, intelligentia

dum est doctrinae quae est de pertinentibus ad salutem, per quam diabolus a cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualibus armis, de quibus dicitur 2 Corinth. 10, 4: *Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed spiritualia.*

ARTICULUS IV.

Utrum Christo aureola debeatur.

Ad quartum sic proceditur. 1. Videtur quod Christo aureola debeatur. Debetur enim aureola virginitati, martyrio et doctrinae. Sed in Christo haec tria praecipue fuerunt. Ergo Christo praecipue aurolo competit.

2. Praeterea, omne quod est perfectissimum in rebus humanis, praecipue Christo est attribuendum. Sed praemium aureolae debetur excellentissimis meritis. Ergo Christo debetur.

3. Praeterea, Cyprianus dicit (traet. de habitu Virginum, circa princ.), quod imaginem Dei virginitas portat. Virginitas ergo exemplar in Deo est; et sie videtur quod Christo etiam, inquantum est Deus, aureola competit.

4. Sed contra, aureola est gaudium de conformitate ad Christum, ut dicitur. Sed nullus conformatus vel similatus sibi ipsi, ut patet per Philosphum (1 Topicor., capit. 14). Ergo Christo non debetur aureola.

Praeterea, Christi praemium nunquam est augmentatum. Sed Christus ab instanti conceptionis suae non habuit aureolam, quia tunc nunquam pugnauerat. Ergo nunquam postea aureolam habuit.

QUAESTIUNCULA II.

Ulterius. 1. Videtur quod Angelis aureola debeatur. Quia, ut dicit Hieronymus (Sophronius, serm. 1 de assumpt. B. Virg. inter opera Hieron.) de virginitate loquens, *In carne praeter eternum vivere potius est vita angelica quam humana;* et 1 Cor. 7, dicit Glossa, quod virginitas est portio angelica. Cum igitur virginitati respondeat aureola, videtur quod Angelis debeatur.

2. Praeterea, nobilior est incorruptio spiritus quam incorruptio carnis. Sed in Angelis inventur incorruptio spiritus, quia nunquam pugnauerunt. Ergo eis magis debeatur aureola quam hominibus incorruptis carnis, qui alias aliquando pugnauerunt.

3. Praeterea, doctrinae debeatur aureola. Sed Angeli nos docent purgando, illuminando et perficiendo, ut Dionysius dicit (in lib. caelstis Hieron., cap. 15). Ergo eis debeatur aureola saltem doctrorum.

Sed contra, 2 Timoth. 2, 3: *Non coronabitur nisi qui legitime certaverit.* Sed in Angelis non est pugna. Ergo nec eis aureola debetur.

Praeterea, aureola non debetur actui qui per corpus non exercetur; unde amantis virginitatem et martyrium et doctrinam, si exterius haec eis non insunt, aureola non debetur. Sed Angeli sunt in corpore. Ergo aureolam non habent.

QUAESTIUNCULA III.

Ulterius. 1. Videtur quod aureola etiam corpori debeatur. Praemium enim essentiale est potius quam accidentiale. Sed dos, quae ad praemium essentiale pertinet, non solum est in anima, sed etiam in corpore. Ergo et aureola, quae pertinet ad praemium accidentiale,

2. Praeterea, peccato quod per corpus exercetur, respondet poena in anima et corpore. Ergo et merito quod exercetur per corpus, debetur praemium et in anima et in corpore. Sed meritum aureola per corpus exercetur. Ergo aureola etiam debetur corpori.

3. Praeterea, in corporibus martyrum appetbit quadam virtutis pulchritudo in ipsis cicatricibus corporis; unde dicit Augustinus, 22 de Civit. Dei (cap. 20, in princ.): *Nescio quomodo sic afficiam amorem martyrum beatorum, ut elevim in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quas pro Christi nomine pertulerunt; et fortasse videbimus; non enim erit in eis deformitas, sed dignitas; et quaedam, quamvis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulget.* Ergo videtur quod aureola martyrum sit in corpore; et eadem ratione de aliis.

Sed contra, animae que modo sunt in paradiſo, habent aureolas, nec tamen habent corpora. Ergo proprium subjectum aureolas non est corpus, sed anima.

Praeterea, omne meritum est ab anima. Ergo praemium totum in anima esse debet.

SOLUTIO I. Respondeo dicendum ad primam quaestione, quod circa hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt, quod in Christo est aureola secundum propriam aureolas rationem, cum in eo pugna (1) inveniatur et victoria, et per consequens corona secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando, quamvis Christo competit ratio aurecae vel coronae, non tamen ei competit ratio aureolas; aureola enim ex hoc ipso quod diminutive dicitur, importat aliquid quod participative et non secundum sui plenitudinem possidetur; unde illis competit aureolam habere in quibus est aliqua perfectioris victoriae participatio secundum imitationem eius in quo perfectae victoriae plena ratio consistit; et ideo, cum in Christo inveniatur hujusmodi principali et plena Victoriae ratio, per cuius victoriam omnes alii videntur constituantur, ut patet Joan. 16, 33: *Confidite: ego vici mundum;* et Apoc. 3, 3: *Ecce vicit Leo de tribu Iuda;* Christo non competit aureolam habere, sed aliquid unde omnes aureolas originantur; unde Apoc. 3, 21: *Qui vicevit, faciun eum sedere in throno meo, sicut ego vici, et sedeo in throno Patris mei.* Unde secundum alios dicendum est, quod quamvis id quod est in Christo, non habeat rationem aureolas, tamen est excellens omni aureola.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus fuit verissime virgo, martyr et doctoř; sed tamen praemium accidentale his respondens in Christo non habet aliquam notabilem quantitatem in comparatione ad magnitudinem essentialis praemii; unde non habet aureolam sub ratione aureolas.

Ad secundum dicendum, quod aureola, quamvis debeatur operi perfectissimo quo ad nos, tamen aureola in quantum diminutive dicitur, significat quandam participationem perfectionis ab aliquo in quo plenarie inventur; et secundum hoc ad quamdam minorationem pertinet; et sic in Christo non inventur, in quo omnis perfectio plenissima inventur.

Ad tertium dicendum, quod quamvis virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, non tamen

habet exemplar unius rationis; incorruptio enim Dei, quam virginitas imitatur, non eadem ratione est in Deo et in aliquo virgine.

SOLUTIO II. Ad secundam quaestione dicendum, quod Angelis aureola non debetur: cuius ratio est, quia aureola proprie respondet cuidam perfectioni in excellenti merito Ea vero quae in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, Angelis sunt naturalia, vel etiam spectant ad communem eorum statum, aut etiam ad ipsum praemium; et ideo propter quae hominibus (1) debetur aureola, Angelis non habent aureolas.

Ad primum ergo dicendum, quod virginitas dicitur esse vita angelica, inquantum per gratiam virginibus imitantur id quod Angeli habent per naturam: non enim virtus est in Angelis quod omnino a delectationibus carnis abstinent, cum hujusmodi delectationes in eis esse non possint.

Ad secundum dicendum, quod perpetua incorruptio spiritus in Angelis praemium essentialis meritorum est enim de necessitate salutis, cum in eis non possit subservi reparatio post ruinam.

Ad tertium dicendum, quod illi actus secundum quos Angeli nos docent, pertinent ad gloriam eorum, et ad communem ipsorum statum; unde per hujusmodi actus aureolam non merentur.

SOLUTIO III. Ad tertiam quaestione dicendum, quod aureola proprie est in mente, est enim gaudium de operibus illis quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis praemii, quod est aurea, redundat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis; ita ex gaudio aureole resultat aliquis decor in corpore; ut sic aureola principaliter sit in mente, sed per quamdam redundantiam fulget etiam in carne.

Et per hoc patet responsio ad objecta.

Tamen sciendum est, quod decor cicatricum quae in corporibus martyrum appetbunt, non potest dici aureola: quia aliqui martyres aureolam habebunt in quibus hujusmodi cicatrices non erunt, utpote illi qui sunt submersi, aut famis inedia vel qualore carcoris interempti.

ARTICULUS V.

Utrum convenienter designentur tres aureolas.

Ad quintum sic proceditur. 1. Videtur quod inconvenienter designentur tres aureolas, virginum, martyrum, et praedicatorum. Aureola enim martyrum respondet virtuti fortitudinis, aureola virginum virtuti temperantiae, aureola vero doctorum virtuti prudentiae. Ergo videtur quod debeat esse quarta aureola, quae debeatur iustitia.

2. Praeterea, Exod. 25, dicit Glossa (ex Beda lib. 1 de Tabern., cap. 6), quod corona aurea additur, cum per Evangelium his qui mandata custodiunt, vita eterna promittitur. Matth. 19, 17: *Si vis ad vitam ingredi; serva mandata.* Huius aureola superponitur cum dicitur (ibid. 22): *Si vis perfectus esse, vade, et vende omnia quae habes, et da pauperibus.* Ergo paupertati debeatur aureola.

3. Praeterea, per votum obedientiae aliquis se Deo subiecti totaliter. Ergo in voto obedientiae maxima perfectio consistit; et ita videtur quod ei aureola debeatur.

(1) *Ali. cum in pugna.*

(1) *Ali. ratione eorum quae hominibus etc.*

4. Praeterea, multa sunt etiam alia supererogationis opera, de quibus homo in futuro speciale gaudium habebit. Ergo multa sunt aliae aureolas praeter istas tres.

5. Praeterea, sicut aliquis divulgat fidem praedicando et docendo, ita scripta compilando. Ergo et talibus quartuſ aureola debeatur.

QUAESTIUNCULA II.

Ulterius. 1. Videtur quod aureola virginum sit inter alias potissima. Quia Apocal. 14, dicitur de virginibus quod sequuntur agnum quocumque irerit; et quod nemo aliis poterat dicere cantum quod virginis cantabant. Ergo virgines habent excellentiorem aureolam.

2. Praeterea, Cyprianus dicit de virginibus (sive tract. seu lib. de Habit. virg., cire. princ.), quod sunt illustrior portio gregis Christi. Ergo eis magis aureola debeatur.

3. Praeterea, videtur quod potissima sit aureola martyrum. Quia dicit Haymo (super Apocal., cap. 14), quod non omnes virginis conjugatos praedicunt; sed hi specialiter qui in tormento passionis virginem insuper custodit coequantur martyribus conjugatis. Ergo martyrum dat virginitali preeminentiam super alios status. Ergo martyrio potior aureola debeatur.

4. Praeterea, videtur quod potissima debeatur doctori. Quia Ecclesia militans exempla est ab Ecclesia triumphante. Sed in Ecclesia militante maximum honor debetur doctorum, I Timoth. 3, 17: *Qui bene praecessit presbyteri, duplice honore digni habentur; maxime qui laborant in verbo et doctrina.* Ergo in Ecclesia triumphantibus eis potior aureola debeatur.

QUAESTIUNCULA III.

Ulterius. 1. Videtur quod unus aureolam virginis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locum in aliqua spirituali pugna: quia amor corporal minus impingat quam concepcionis carnis, vel persecutio inflata in corpus proprium. Unde paupertati non debetur aureola; sed debetur ei iudicia potest ratione humilationis, quae consequitur paupertatem, ut supra dictum est. Glossa autem inducta largè accepit aureolam pro qualibet praemio quod redditur merito excellenti.

2. Praeterea, virginitas non suscipit magis et minus, cum importet privationem quamdam; et negationes non intenduntur nec remittuntur. Ergo nee virginis virginitas, scilicet aureola virginum, intenditur et remittitur.

Sed contra, aureola superponitur (1) aureae. Sed aurea est intensior in uno quam in alio. Ergo et aureola.

SOLUTIO I. Respondeo dicendum ad primam quaestione, quod aureola est quoddam privilegium praemium, privilegiatae Victoriae respondens, ut patet ex dictis; et ideo secundum privilegiatae Victoriae in tribus pugnis, que euilhet homini imminent, tres aureolas sumuntur. In pugna enim quae est contra carnem, ille potissimum victoriam obtinet qui a delectabilibus veneris, quae sunt praecipua in hoc genere, omnino abstinet; et ideo virginis aureola debetur. In pugna vero qua contra mundum pugnat, illa est praecipua, cum a mundo persecutionem usque ad mortem sustinuerit; unde et martyribus, qui in ista pugna victoriam obtinuerit.

(1) *In editis plurisque supponitur.*

nent, secunda aureola debeatur. In pugna vero qua contra diabolum pugnamus, illa est praecipua Victoria, cum aliquis hostem non solum a se, sed a cordibus aliorum removet: quod fit per praedicationem et doctrinam; et ideo doctorum et praedicatorum tercia aureola debeatur. Quidam vero distinguunt tres aureolas secundum tres vires animae, ut dicantur tres aureolae respondere potissimum trium virium animae actibus. Potissimum enim actus rationalis est veritatem fidei etiam in aliis diffundere; et huic actui debetur doctorum aureola. Irascibilis vero actus potissimum est etiam mortem propter Christum superare; et huic actui debetur aureola martyrum. Concupisibilis autem actus potissimum est delectabilibus maximis penitus abstine; et huic debetur aureola virginum. Alii vero aureolas tres distinguunt secundum ea quibus Christo nobilissime conformantur. Ipse enim mediator fuit inter mundum et Patrem. Fuit ergo doctor, secundum quod veritatem quam a Patre accepit, mundo manifestavit; fuit autem martyr, secundum quod a mundo persecutionem sustinuit; fuit vero virgo, inquantum puritatem in seipso conservavit. Et ideo doctores, martyres, virgines ei perfectissime conformantur; unde talibus debetur aureola.

Ad primum ergo dicendum, quod in actu justitiae non attenditur aliqua pugna, sicut in actibus aliorum virtutum: nec tamen hoc verum est, quod docere sit actus prudentiae; immo potius est actus caritatis vel misericordiae, secundum quod ex tali habitu inclinatur ad hujusmodi exercitium, vel etiam sapientiae ut dirigentis. Vel potest dici, secundum alios, quod justitia circuit omnes virtutes; et ideo ei specialis aureola non debetur. Quomodo autem hoc sit verum, dictum est in lib. 5, dist. 53, quest. 5, art. 4.

Ad secundum dicendum, quod paupertas quamvis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locum in aliqua spirituali pugna: quia amor corporal minus impingat quam concepcionis carnis, vel persecutio inflata in corpus proprium. Unde paupertati non debetur aureola; sed debetur ei iudicia potest ratione humilationis, quae consequitur paupertatem, ut supra dictum est. Glossa autem inducta largè accepit aureolam pro qualibet praemio quod redditur merito excellenti.

Et similiter dicendum ad tertium et quartum. Ad quintum dicendum, quod etiam seribentibus sacra doctrinam debetur aureola; sed haec non distinguunt ab aureola doctorum, quia scripta comprehendunt modus docendi est.

SOLUTIO II. Ad secundam quaestione dicendum, quod preeminentia aureolas ad aureolam potest dupliciter attendi. Primo ex parte pugnae, ut dicatur aureola potior quae fortior pugnae debetur; et per hunc modum aureola martyrum aliis aureolis supereminet quoddam modo, et aureola virginum aliis modo. Pugna enim martyrii est fortior secundum seipsum, et vehementius affligenſ: pugna carnis est periculosis, inquantum est diuturnior, et magis nobis imminent et vicino. Secundo ex parte corum de quibus est pugna; et sic aureola doctorum inter omnes est potior: quia hujusmodi pugnae veritas circa bona intelligibilia, aliae vero pugnae circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quae attenditur ex parte pugnae, est aureolae essentialior: quia aureola secundum propriam rationem respicit

victoriam et pugnam. Difficilites etiam pugnae quae attenditur ex parte ipsius pugnae, est potior quam illa quae attenditur ex parte nostri, inquantum est nobis vicinior. Et ideo, simpliciter loquendo, aureola martyrum inter omnes est potior; et ideo dicitur Math. 3, in Glossa (Ambrosii), quod in octava beatitudine, quae ad martyres pertinet, scilicet: *Beati qui persecutionem patiuntur etc.*, omnes alias perficiuntur. Propter hoc etiam Ecclesia in communeratione sanctorum martyres doctribus et virginibus praecordint. Sed quantum ad aliquid, nihil prohibet alias aureolas excellentiores esse.

Et per hoc patet solutio ad objecta.

SOLUTIO III. Ad tertiam questionem dicendum, quod cum meritum sit quoddammodo praemium causa; oportet diversificari praemia, secundum quod merita diversificantur. Aliquid enim intenditur et remittitur per intensionem et remissionem suae causae. Meritum autem aureola potest esse major et minus; unde et aureola potest esse major et minor. Scindunt tamen, quod meritum aureola potest intendi dupliciter: uno modo ex parte radicis, alio modo ex parte operis. Contingit enim esse aliquos duos, quorum unus ex minori caritate maius tormentum martyrii sustinet, vel magis praedicationi instat, aut etiam magis se a delectabilibus carnis elongat. Intensioni ergo meriti quae attenditur penes radicem, non respondet intensio aureola, sed intensio aureae; sed intensio meriti quae est ex genere actus, respondet intensio aureola. Unde potest esse quod aliquis qui minus in martyrio meretur quantum ad essentiale premium, habebit pro martyrio maiorem aureolam.

Ad primum ergo dicendum, quod meritis quibus debentur aureolae, non attinunt ad terminum perfectionis simpliciter, sed secundum speciem; sicut

ignis est specie subtilissimum corporum; unde nihil prohibet unam aureolam alia esse excellentiorem, siue unus ignis est alio subtilius.

Ad secundum dicendum, quod una virginitas potest esse alia major propter maiorem recessum a virginitas contrario; ut dicatur in illa esse major virginitas quae magis occasiones corruptionis vitæ; sicut privationes intendi possunt, ut cum dicatur homo magis caecus, quia magis elongatur a visu.

Expositio textus.

Suos fines habebunt duas civitates. Hoc ideo dicitur, quia usque ad diem iudicij numerus electorum et damnatorum augetur; et etiam gloria et poena augeri potest, saltem quantum ad praemium et poenam accidentalem; sed post iudicium ulterius augeri non poterit.

Denarius enim unus. Hoc dicitur propter hoc quod idem est obiectum omnium beatorum.

Illi quippe beate vivit qui vivit ut vult, nec male aliquid vult. Haec sententia Augustini condonat cum sententia Philosophi (2 de Anima, text. com. 57), ut per vivere operatio vitae intelligatur; per hoc autem quod dicitur: *ut vult*, ostenditur operatio non impedita; per hoc autem quod dicitur: *ne aliquid male vult*, ostenditur esse conaturalis, quia mala sunt contra naturam.

Quo retardatur quoddammodo, ne tota intentione perget in illud summum caelum, donec appetitus ille conquiscat. Ista retardatio intelligitur quantum ad hunc quod anima a corpore separata non habet perfectum esse; et ita nec perfectam operationem, qua possit Deo perfecte conjungi.

DISTINCTIONE L.

Si mali in inferno peccabunt.

Hic oritur quæstio, ex paenitentia ducent originem. Supradicimus (in Enchirid., cap. 111), loquens de malis in inferno damnatis, et de bonis in caelo glorificatis, dixi, quod non boni voluntas, nec mali facultas esse peccanti poterit. Et de bonis quidem constat; sed de malis, a quibus voluntatem malam non removet, queratur, quomodo sit verum eos non posse peccare; immo quomodo verum sit eos non peccare, cum malum habeant voluntatem. Quidam autem illam voluntatem non esse peccatum, sed supplicium tantum. Ali vero peccatum esse fatentur, sed per illud eos non mereri aliquam poenam, quia non est ibi lœns merendi. Illud ergo peccatum dicit non esse meritum supplicii, sed supplicium mali meriti quod in hac vita praecessit. De hoc autem Augustinus: *Fulgentius de fide ad Petrum, cap. 5,* ita dicit: *Tempus acquirendi vitam aeternam in hac tantum vita Deus hominibus deat, ubi volunt etiam paenitentiam esse fructusam.* Ideo hic (1) paenitentiam fructusam est, quia potest hic homo deposita nequitia bene vivere, et mutata voluntate iniusta (2), merita simul operaque mutare, et ea gerere quae Deo placeant: quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem paenitentiam in futuro saeculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inventat; quia etiæ stimulus paenitentis, tam nulla erit ibi correctio voluntatis. A faldus enim ita culpabitur iniqtitas sua, ut nullatenus ab eis possit vel diligi vel desiderari. Justitia voluntas enim coram talis erit,

ut habeat semper in se malignitatis suac supplicium, non quia tamen recipere possit bonitatis affectum. Quia sicut illi qui cum Christo regnabunt, nullus in se malas voluntatis reliquias habebunt; ita illi qui erunt in supplicio aeterni ignis cum diabolo et Angelis eius deputati, sicut nullam habebunt ultiorem requiem, sic nullam nullatenus poterunt habere voluntatem; et sicut cohæderibus Christi dabitur perfectio gratiae ad aeternam gloriam; ita consoribus diabolis cumulant ipsa malignitas poenam, quando exterioribus deputati tenebris, nulli illustrabuntur interior lumine veritatis. *Ex his* apparebant reprobus in inferno paenitentiam sex gesturos, ut per eam pravam voluntatem non deserant; et illa maligna voluntas erit eis ad cumulum poenarum, per quam tamen non mercebuntur, quia nullus meretur nisi in hac vita.

Quare dicuntur tenebrae extiores.

Hic queri potest, quare illas tenebrae quibus involventur mali in gehenna, dicuntur tenebrae extiores. Quia tunc mali penitus extra lucem corporalem et spiritualem, scilicet Domini, erunt. Nunc enim etiæ patiuntur tenebras in cæcitate mentis, non tamen penitus extra lucem. Dei sunt, nec corporali luci privantur. De hoc Augustinus sic ait (in Psalm. 6, vers. 6, aliis verbis): *Ira Dei et in iudicio erit, et hic est in cæcitate mentis, cum datur mali in reprobatione sensum.* Ibi extiores tenebrae erunt, quia tunc peccatores penitus erunt extra Deum. Quid est enim penitus esse extra Deum, nisi in summa cæcitate? Siquidem habebit Deus lucem inaccessibilem. Hac autem tenebrae hic jam incipiunt in peccante, cum ab interiori Dei luce secludiur, sed non penitus dum in hac vita est. *Ecco quare ibi*

(1) *Ali* ideo haec.

(2) *Ali.* *est* iniusta.

peccator dicitur pati extiores tenebras, et non hic: quia ibi secludetur penitus a luce Dei, quod non hic. Sed quomodo intelligenda est illa conclusio? An quia non videbant Deum per speciem? Sed nec aliquis videt hic Deum per speciem. An per dissimilitudinem quam facit peccatum inter Deum et hominem? Sed et hic multi per gravia peccata elongantur a Deo. An quia Deum odiunt, ita ut velint eum non esse? Sed et hic multi Deum odiunt, de quibus scriptum est (Psal. 73, 25): *Superbia eorum qui te odiunt, ascendit semper.* Quae est ergo illa elongatio? Se ne extiores tenebrae intelligi possunt quedam malignitas odii et voluntatis, quae tunc excedet in mentibus reprobus, et quadam oblivio Dei: quia tormentorum interiorum et exteriorum doloribus adeo affllicant et turbabuntur, ut ab illis ad cogitandum aliud de Deo vix, vel raro, vel nunquam menteant reverent: qui non minorem pondere adeo stupecent et turlantur, ut interim in alijs cogitationem non se extendant; sed illuc tendit impetus cogitationis, ubi sentitus vis doloris. Sed in hac vita nulus adeo malus est ut penitus secludatur a cogitatione Dei, qui nec perdit appetitum beatitudinis, et quendam boni amorem quem naturaliter habet rationalis creatura. Illas autem extiores et profundissimas tenebras reprobus perpessuros post iudicium dicit Augustinus, opponens de illo dixite qui in inferno positus, elevans oculos videt Abramam, et in sinu ejus Lazarum; cuius comparatione coaduxit est confiteri mala sua usque ad iudicium factum legitur; sed post iudicium in profundissimis tenebris erunt impi, et nullam Dei lucem videbunt cui confiteantur.

De animabus damnatorum, si quam habent notitiam eorum quae hic sunt.

Praeterea quaerit solet, si reproborum animae quae nunc in inferno cruciantur, notitiam habent eorum quae circa nos haec vita geruntur, et sicut aliquo modo dolent super infinitum suorum carorum. Hanc questionem Augustinus (super Psal. 108 versus finem) commemorat, ex parte cum explicans, ex parte vero insolubili relinquens: ait enim: *Quae- ret aliquis, an illus dolor tangat mortuos de his quae in suis post mortem contingunt, vel quomodo ea quae circa nos aguntur, noverint spiritus defunctorum.* Cui respondeo, magnam esse questionem; nec in praesenti disserendum. Veruntamen breviter dici potest, quod ex circa mortuis de suis caris, ut de divite legitur, qui dum tormenta apud inferos patretur, levavit oculos ad Abramam, et inter alia dixit (Luc. 16, 28): *Habeo enim quinque fratres: mitte aliquos ex mortuis, ut testetur illis, ne et ipsi veniam in hunc locum tormentorum.* Habent enim mortui curam de viuis, quia scunt vivere: quia nec in locis poenarum vident eos, ubi dives sine fratribus erat, nec in requie beatorum, ubi Lazarum et Abramam, quanvis a longe, agnoscet. Non tamen ideo consequentur est eos scire quae circa caros suos aguntur hic vel laeta vel tristia.

Quomodo accipienda sunt quae de Lazaro et divite leguntur.

Si quis autem querat, quomodo intelligitur quod de Lazarus et divite legitur, audiat Augustini responsum dicentis (lib. 8 super Gen. ad litteram, cap. 3): *Si quis putat animas corpora exutis locis corporalibus contineri, cum sint sine corpore, non decurrat qui favent, et divitent sicutem in loco corporali fuisse contendunt, ipsamque animam corporalem praeparasse linguan, et stilum de Lazaris digito capisse. Sed melius est dubitare de occultis, quam litigare de incertis. Divitem in suppetio, pauperem in refriego esse non dubito; sed quomodo intelligatur divitis lingua, digitus Lazarii, flamma inferni, sinus Abramae, et*

sunt in inferno, et illi qui sunt in gloria. Sicut sancti tradunt, et boni malos et mali boni vident usque ad iudicium; post iudicium vero boni videbunt malos, sed non mali bonos. Unde Gregorius (hom. 40 in Evang.): *Infideles in ino positi a die iudicii fidèles super se in réquie atendent, et quorum gaudia post contemplari non possunt.*

De chaos inter bonos et malos.

Sed cum sancti malos in tormentis videant, nonne aliqua compassione erga eos moveantur? Nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Recole illud evangelicum, quod Abraham diviti respondit (Luc. 16, 28): *A Inter nos et vos chaos multum agit, et vobis non possit, neque inde hinc transire ad vos.* Quid est illud chaos inter bonos et malos, nisi hinc justitia, inde iniqtitas, quae nullatenus sociari valent? Adeo enim sancti Dei justitia addicit sunt, ut nulla compassionem ad reprobos transire valent, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quonodo ergo multe volunt aliqui transire ad illos, sed non possunt? Quia si Dei justitia admiserit, non fieri eis molestia liberatio eorum. Vel ita dicuntur velle et non posse, non quia velint et non possunt; sed quia etiæ velint, non possent eos juvare. De hoc ita Gregorius ait (ubi supra): *A Sicut reprobi a poenis ad gloriam sanctorum transire volunt et non possunt, ita etiæ justi per misericordiam mente ire volunt ad posticos in tormentis ut eos liberent, sed non possunt: quia justorum animae etiæ in aetate sua bonitate misericordiam habent, jam tunc auctoris sui justitiae conjunctae tantu rectitudine constringuntur, ut nulla ad reprobos compas- sione morentur.*

Quod visa impiorum poena non minut beatorum gloriam.

Postremo queratur, an poena reproborum visa decolorat gloriam beatorum, an eorum beatitudini proficit. De hoc ita Gregorius ait (ut supra): *A Apud animum justorum non obfuscat beatitudinem aspecta poena reproborum: quia iam ubi compassio misericordie non erit, minorem beatorum laetitiam non valebit. Et licet, justis sua gaudia sufficient, ad maiorem tamen gloriam vident poenas malorum, quas per gratiam evaserunt: quia qui Dei claritatem vident, nil in creaturam agitur, quod vidente non possint. Non est autem mirandum quod sancti iam immortales reprobos videant mentis intelligentia, cum Prophetæ mortales adhuc videant haec omnina merita. Egregientur ergo electi non loco, sed intelligentia, vel visione manifesta, ad videndum in piorum eructatus (ut Hieronymus ait in cap. 76 Isaiae): *nos quos videntes non dolore afficiunt, sed laetitia satiabitur, et tur, agentes gratias de sua liberatione, visa impiorum infabili calamitate. Unde Iesuas impiorum visione describens, et ex eorum visione laetitiam bonorum exprimens, ait (cap. 66): Egredientur ergo electi (scilicet et videbunt cadavera virorum qui prævaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, et ignis non extinguetur; et erunt usque ad saeculum visionis omni carni (id est electi). Letabitur enim justus, cum videbit vindictam.**

(1) *Hoc de pedibus sedentibus super solium excelsum, quos Seraphim duabus alas velabant, scriptori, etiæ non auditori, commemorasse sufficiat, qui a fæcie exorsus sedentis, per medium ad pedes usque via duce pervenit.*

(2) *Sequens appendix cum ejus expositione sejunctum ad calcem libri ponitur in editione Parisiensi Nicolai.*

Divisio textus.

Postquam determinavit Magister de gloria sanctorum post iudicium generale, hic determinat de poenis impiorum; et dividitur in partes duas: in prima propositum prosequitur; in secunda ponit S. Th. Opera omnia. V. 7.

totius operæ epilogum, ibi: *Haec de pedibus sedentibus super solium excelsum... commemorasse sufficiat.* Prima autem pars dividitur in duas partes: in prima determinat de poenis damnatorum quantum ad effectum; in secunda determinat de poenis eorum quantum ad cognitionem, sive intellectum,